



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**


Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorum

VD16 B 5530

Einleitung

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113


 VM in tractatu de maleficorum & sagarum
 confessionibus sapius mentionem legum ciu-
 lium in tit. C. de malef. & mathem. fecerim,
 quibus etiam mea probaui, nec desint qui has leges in
 multis effectibus, quos maleficis tribuunt, ita commen-
 tentur, ut eis omnem veritatem adimant, quasi impera-
 tores ex falsa vulgi opinione, & non rei veritate locuti
 fuerint, cum tamen scriptum sit: Per me reges regnant, &
 legum conditores iusta decernunt: Per me principes im-
 perant, & potentes decernunt iustitiam: hunc commen-
 tarium subiungere decreui, ut veritas, qua impugnari,
 non tamen vinci potest, magis elucescat, leges ab iniuria
 vindicentur, & imperatorum dicta salua persistant. in
 quo domino aspirante fauore, legum sententiam Patrum
 Theologorumq; doctrina conformem ostendam, praesertim
 cum impugnantes has leges addant in causis definienda
 eis, quae spectant ad animum, cuiusmodi est de Maleficio-
 rum negotio dicta patrum & canonum, legibus esse pre-
 ferenda. Et quia in hac materia multa occurrunt, quae
 muros Hierusalem aedificant, & ciuitatem Babylonis de-
 struunt: scio quod hisce meis laboribus quoq; non deerit
 Sanaballath subsannator. Non tamen ideo incepta relin-
 quenda sunt, sed constanti animo perficienda, ad laudem
 & gloriam eius, quo confortante omnia possumus.

Seruabitur autem hic ordo in toto Commentario. In
 primis in Rubricam aliqua notabilia, quae toti materiae
 aliquod intelligentiae lumen adferent, praemittentur.
 Deinde singularum legum verba ponentur, quibus posi-
 tis, si quid circa literam declarandum sit, breuius expli-
 cabitur. Tandem secundum materiae occurrentis natu-
 ram, quaestiones mouebuntur cum sua resolutione.

1. Thier. 8.

2. Esdr. 4.